

lat. salicis & simil. singulor. sumendo m. i. additis  
floribus nenuph. & violar. sing. p. i. Abluti pedes  
detergendi non sunt, nonnunquam panno linteo  
inuoluendi.

Denique in doloribus capitis, destillationi-  
bus, russi quetiam ex humore à capite delabente  
fieri solent lotiones pedum tempore somni ex  
herbis capitalibus.

### De Suffitibus.

#### C A P. LVIII.

*De suffituū* *vñ cō-  
jectione vide* *S*Vffitus vel ad voluptatem, vel ad sanitatem cō-  
ficiuntur. Ad voluptatem ex suauiter olētibus,  
*Aegin.lib.7.* vt styrace, ladano, benzoino, ambra, moscho. Ad  
*c.22.Oribas.* sanitatem vero quædam ex odoratis, quædam ex  
*10.coll.19.* fœtidis : quædam ex odoratis & fœtidis simul  
*Aetiū tetr.1.* mixtis. Odorata variant ratione formæ. Quædam  
*jer.3.c.144.* enim fiunt forma rotunda, eaque maiore, quæ  
*cōpositio-* nes varia. poma odorata, poma ambræ dicuntur. Vel mi-  
*pud Oribas.* nore forma, cuiusmodi mulieres vel collo sū-  
*3 sympos.* pendunt, vel manibus conuoluunt.  
*Myrepſ. ſect.*

*21.* Fiunt autem ex ambra, moscho, zibetho, qui-  
*Actium tet.* bus adduntur carbones salicis, partim ad molem  
*4 ſer.4.c.* augendam, partim ad nigredinem conciliandam.  
*122.* Vel fiunt in forma trochiscorum, cuiusmodi sunt  
trochisci pro fumo vulgati, trochisci de alypta  
moschata. Vel ad formam oblongam, quæ auicu-  
læ cypriæ vulgo vocantur. Hæc excipiuntur  
mucilag. gummi tragac. vel arabici in aqua rosar.  
mūr,